Sala 2ª-11-2-14
1.3.15
I/145

SCOTIA ILLUSTRATA

SIVE

PRODROMUS HISTORIÆ NATURALIS

IN QUO

Regionis natura, Incolarum Ingenia & Mores, Morbi iiſque medendi Methodus, & Medicina Indigena accuratè explicantur:

ET

Multiplices Naturæ Partus in triplice ejus Regno, Vegetabili ſcilicet, Animali & Minerali per hancce Borealem Magnæ BRITANIÆ Partem, quæ Antiquiſſimum SCOTIÆ Regnum conſtituit, undiquaque diffuſi nunc primum in Lucem eruuntur, & varii eorum Uſus, Medici præſertim & Mechanici, quos ad Vitæ cum neceſſitatem, tum commoditatem præſtant, cunctis perſpicuè exponuntur.

UNIVERSIDAD CENTRAL
MUSEO DE CIENCIAS NATURALES
BIBLIOTECA

CUM FIGURIS ÆNEIS.

Opus viginti Annorum

Sereniſſimi Domini Regis CAROLI. II. Magnæ BRITANNIÆ, &c. Monarchæ Juſſu editum.

Auctore ROBERTO SIBBALDO M. D. Equite Aurato, Medico & Geographo Regio, & Regii Medicorum Collegii apud EDINBURGUM Socio.

EDINBURGI,

Ex Officinâ Typographicâ JACOBI KNIBLO, JOSUÆ SOLINGENSIS & JOHANNIS COLMARII, Sumptibus Auctoris.

Anno Domini M. DC. LXXXIV.

R4557

R E G I.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA
J. B.
MUSEO DE CIENCIAS NATURALES

AD Sacræ Majeſtatis veſtræ pedes procumbit *Scotia* tua, Imperitantium optime, & ſuas Opes nativas, quas numeroſas & eximias Divinum Numen ei benignè largitum eſt, humillimè offert: Credebatur illa adſpectu triſtis, ſterilis, & in obſcuram ac damnatam Mundi partem rejecta; quæ tamen benigno Cœli influxu ſalubrique Aëre gaudens, & inter utrumq; Orbem in ipſo Maris gremio poſita cum ad Vitam neceſſaria, tum utilia quæque ſummâ copiâ poſſidet. Nunc benignis Majeſtatis veſtræ Solis ſui Radiis illuſtrata Tenebras ſuas ſuperavit, novoq; Vigore animata injectam ſibi per multa Secula Caliginem diſſipavit, & abditorum in ſinu ſuo Theſaurorum Clauſtra reſolvit; ac Majeſtati veſtræ Patri Patriæ, & legitimo ſolique Fundi ſui Domino Aurum Argentumque ſuum expandit; Margaritas, Cryſtalla, Marmora quaſque alias habet in ſinu ſuo Gazas producit; Marina, Animalia & Plantas exponit, quæ veſtræ Majeſtati debentur, jure per inviolatam veſtrorum Majorum ſeriem, qui per bis mille annos hic regnarunt, ad Majeſtatem veſtram devoluta. Libenter quoq; fatetur *Scotia* tua veſtris in ſe beneficiis cuncta deberi, quæ ſub juſto & benigno moderamine veſtro ſecurè & quietè Bonis ſuis fruitur & ſummâ Pace potitur, dum vicinæ Gentes omnibus Belli miſeriis premuntur. Cum Majeſtate veſtrâ reductæ Artes & Scientiæ in Regnis veſtris maxime florent, reſtitutaque, quæ Experimentis nititur, Vera Philoſophia magna ſub Auſpiciis veſtris incrementa capit. In veſtro quoque Antiquiſſimo *Scotiæ* Regno Regium Medicorum Collegium apud *Edinburgum* erexit Majeſtas veſtra, cui cum Praxin Medicam regulandi, & imperitos indoctoſque in vitam ſubditorum veſtrorum graſſantes reprimendi facultatem, tum Medicinam promovendi provinciam demandavit: Humillimè proinde Sacræ Veſtræ Majeſtati ſe ſuaque offert Prodromus hicce Rerum Naturalium in Antiquiſſimo Veſtro Regno fidus Expoſitor, qui nunc quidem rudiore penicillo deſcribit quæ in hoc Veſtro Antiquiſſimo Reg-

no ſint ad Morbos præſidia & quæ Artibus Mechanicis provehendis inſerviant. Sed ut veſtro juſſu hæc aggreſſus eſt, ita, ſi Majeſtati veſtræ arriſerit, favente Supremo Numine, ſuis numeris abſolutus & coloribus debitis ornatus aliquando forſan in juſtam Hiſtoriam Naturalem aſſurget.

Ut Sacratiſſimam Majeſtatem veſtram diu ſanam, ſerenam, felicem conſervet; & ut omnia ei fauſta proſperaque obveniant, Deum Opt. Max. quàm ardentiſſimis Votis precabitur

Majeſtatis Veſtræ

Humillimus & Obſequentiſſimus

Subditus & Servus,

ROBERTUS SIBBALDUS.

ORDO OPERIS.

P*Rodromo huic Naturalis Hiſtoriæ* Scotiæ *Nuncius* Scoto-Britannus *de* Atlante Scotico *præmiſſus eſt, quòd in eo naturalis* Regionis *diviſio habeatur*, & Regiones *eo ordine, quo jacent, diſpoſitæ ſint, adeoque Deſcriptionis vicem ſupplere poſſit. Operæpretium quoque nobis viſum eſt Inſtitutum noſtrum de* Atlante Scotico *edendo omnibus hoc pacto ſignificare, ut, ſiqui ſint, apud quos vel Manuſcripta, vel Tabulæ Geographicæ, vel* Inſcriptiones *Antiquæ ſint, quæ* Atlantem *noſtrum illuſtrare poterint, illi ea nobis dignentur communicare, & honorifica eorum mentio in opere fiet.*

Ipſum verò Opus Prodromum in duas Partes diviſum eſt.

Prima *Generalis duos continet Libros;*

Quorum primus agit de Aëre, Aquis, Locis & Incolis Scotiæ.

In Secundo de Morbis *in* Scotiâ *graſſantibus, de* Methodo *iis medendi, & de* Medicinâ *Indigenâ agitur.*

Secunda Pars *Specialis eſt, & quatuor Libris conſtat:*

Quorum primus de Plantis *in* Scotiâ *ſponte naſcentibus agit.*

Secundus de Plantis Scotiæ *Hortenſibus.*

Tertius de Animalibus Scotiæ *tam feris quàm domeſticis.*

Quartus de Mineralibus Metallis & Marinis.

Singulis autem Libris præmittitur Index Capitum, qui ſingulorum Capitum Titulos explicat.

Sub calcem verò utriuſque Partis Indices Rerum *copioſi adjecti ſunt.*

† EDIN-

EDINBURGH

The Tenth day of April, 1684.

THE LORDS of His *Majeſties* Privy Council having appointed ſome of their Number, to reviſe the Book publiſhed by Sir *Robert Sibbald* His *Majeſties* Phyſician in Ordinar and Geographer, Intituled *Scotia illuſtrata ſive Prodromus Hiſtoriæ Naturalis*; and having conſidered the report made by them of the uſefulneſs thereof; do give and grant to the ſaid Sir *Robert Sibbald*, and to his Heires and Aſſigneyes the ſole Priviledge of cauſing Print the ſaid Book, and diſcharge all others to print or reprint the ſame without his or their licence, for the ſpace of nineteen years, or to import the ſame reprinted abroad into this Kingdom during the ſaid ſpace, under the penalty of Confiſcation of ſuch Copies to his, or their uſe, and being further puniſhed for their contempt. Ext. by me

WILL. PATERSON.
Cls. Sti. Concilii.

APPROBATIO

Regii Medicorum Collegii Præſidis & Cenſoris.

CUm Robertus Sibbaldus *M. D. Eques Auratus & Medicus Regis Ordinarius Regiique Medicorum Collegii apud* Edinburgum *Socius, opus Sacræ ſuæ Majeſtatis juſſu a ſe elaboratum, nobis perlegendum exhibuerit, quod* Scotiam *Illuſtratam ſive* Naturalis Hiſtoriæ Prodromum *inſcripſit. Ac in eo nihil ſit quod bonis moribus contrarium ſit, multa verò reperiantur quæ ad ſcientias & Artes promoveudas inſerviant; dignum cenſemus quod in publicam lucem emittatur, in cujus rei fidem ſubſcriptiones noſtras manuales appoſuimus primo die* Aprilis *Anno Domini*, 1684.

AR. STEVENSON. C.M.R.P.
ANDR. BALFOURE. C.M.R.C.

NUN-